

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Paul Tarnow Johann Hagenow

**Disputatio De Peccato, Eiusque Speciebus, Originali & Actuali : Cuius capita sunt tria: I. De Peccato in genere ... II. De Originali tres explicat controversias ... III. De Actuali, duas quaestiones tractat ...**

Rostochii: Myliandrus, 1604

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77190715X>

Druck Freier  Zugang



R. u.-Areal 1604 Tarnow, Paul



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77190715X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77190715X/phys_0002)

**DFG**

**S**trahatur. 3. ad quos propagetur. 4. Sol  
jam actualia quædam. Secunda, de n  
peccati orig. duobus problematibus e  
ejus vera definitio. 2. Sitne concupis  
baptismum reliqua, ex se & in se cons  
Tertia, de malis peccatum originale c  
tidem quæsita continet: 1. An infante  
ptizati ex ejus reatu condementur?  
tiores in hac vita propter illius pecca

D I S P U T A T I O  
D E  
**PECCATO, EJUS-**  
**QUE SPECIEBUS, ORI-**  
ginali & Actuali.

*Cujus capita sunt tria:*

- I. De Peccato in genere: Quæ sit ejus vera definitio?
- II. De Originali tres explicat controversias: Prima, quatuor quæstionibus absolvitur: 1. Sitne aliquod peccatum originis in omnibus hominibus, quod per propagationem carnalem à parentibus traiiciatur. 2. An ab utroq; parente trahatur. 3. ad quos propagetur. 4. Solumne, an cum eo etiam actualia quædam. Secunda, de natura & conditione peccati orig. duobus problematibus exponitur: 1. Quæ sit ejus vera definitio. 2. Sitne concupiscentia in renatis post baptismum reliqua, ex se & in se considerata, peccatum. Tertia, de malis peccatum originale consequentibus: totidem quæsita continet: 1. An infantes Christianorum baptizati ex ejus reatu condemnantur? 2. Quæ mala adultores in hac vita propter illius peccati reatum patiantur.
- III. De Actuali, duas quæstiones tractat: 1. Sitne aliquod natura sua veniale? 2. An electi mortalibus & regnantibus gratiam Dei, fidem & Spiritum S. amittant?

*De quibus*

AUXILIANTE DEO TRINVNO,  
Præside

M. PAULO TARNOVIO

respondebit

IONANNES HAGENOVIVS Marchicus.

Cum Consensu Reverende facultatis Theologice.

Rostochij Typis Stephani Myliandri. Anno 1604.

D. h. - theol 1604 Tarnow, Paul

1604

DISPUTATIO  
DE  
**PECCATO, EJUS-**  
**QUE SPECIEBUS, ORI-**  
ginali & Actuali.

*Cujus capita sunt tria* :

- I. De Peccato in genere: Quæ sit ejus vera definitio?
- II. De Originali tres explicat controversias: Prima, quatuor questionibus absolvitur: 1. Sitne aliquod peccatum originis in omnibus hominibus, quod per propagationem carnalem à parentibus traiiciatur. 2. An ab utroq; parente trahatur. 3. ad quos propagetur. 4. Solumne, an cum eo etiam actualia quædam. Secunda, de natura & conditione peccati orig. duobus problematibus exponitur: 1. Quæ sit ejus vera definitio. 2. Sitne concupiscentia in renatis post baptismum reliqua, ex se & in se considerata, peccatum. Tertia, de malis peccatum originale consequentibus: totidem quæsita continet: 1. An infantes Christianorum baptizatis ex ejus reatu condemnantur? 2. Quæ mala adultores in haec vita propter illius peccati reatum patiantur.
- III. De Actuali, duas questiones tractat: 1. Sitne aliquod natura sua veniale? 2. An electi mortalibus & regnantibus gratiam Dei, fidem & Spiritum S. amittant?

*De quibus*

AUXILIANTE DEO TRINVNO,

Præside

M. PAULO TARNOVIO

respondebit

JOHANNES HAGENOVIVS Marchicus.

Cum Consensu Reverende facultatis Theologice.

Rostochij Typis Stephani Myliandri. Anno 1604.

D. h. - theol 1604 Tarnow, Paul

1604

**VIRIS**

*Nobilitate generis, pietate, sapientia, rerum usu, au-  
toritate & virtute eminentissimo.*

**Dn. PANTALEONTI A BISMAR-**

*CKEN in Crewe & Breithäreditario &c.*

*Clarissimo, doctissimo, humanitateq; longè pra-  
stantissimo*

**Dn. VVILHELMO BOKELIO**

*Med. Doctori ac physico Stendaliensium  
ordinario.*

*Clarissimo & Doctissimo*

**Dn. M. IOHANNI POSSELI O**

*Græcæ Linguæ in Rosarum Academia Pro-  
fessori publico.*

*NEC NON*

*Auctoritate, Eruditione & virtutum genere  
conspicuo*

**Dn. VVERNERO MORINGIO**

*juniori, civi Stendaliensium primario.*

*Dominis Macenatibus, patronis, fautoribus & con-  
sobrino, suis observantia & honoris cul-  
tu perpetuo colendis.*

*Hoc exercitium disputationis Theologicum Gratitu-  
dinis & observantie ergo reverenter & submis-  
se dedicat & consecrat respondens.*



**D**E peccato quæ conrovertuntur hodie à theologia  
partim generalia dici possunt ad universam illius  
naturam & conditionem, partim specialia ad  
quasdam ejus species pertinencia. Eorum nos præ-  
cipuas questiones attingendo tractatiunculam no-  
stram in tria capita distinguemus: I. De pec-  
cato in genere, Quæ sit vera ejus definitio? II. De ori-  
ginali: in quo tres controversiae: Prima quatuor quæstio-  
nibus absolvetur: 1. An sit peccatum originis in omni-  
bus ab ipso eorum ortu. 2. A quo trahatur. 3. ad quos  
propagetur, 4. Solumne, ante cū eo actualia. Secunda de  
natura & conditione peccati orig. duobus constabit pro-  
blematibus: 1. Quæ sit vera peccati originalis definitio.  
2. Sitne concupiscentia in renatis post baptismum re-  
liqua in se & ex se peccatum. Tertia de malis originale  
peccatum & consequentibus, duobus quæstis comprehendetur: 1. An infantes baptizati ex reatu illius peccati  
condemnentur. 2. Quæ mala adultiores in hac vita ex eo-  
dem sustinere cogantur. III. De actuali totidem proble-  
mata continebit: 1. Sitne aliquod natura sua veniale.  
2. An mortalibus electi gratiam Dei, fidem & Spiritum S.  
penitus excutiant?

## DE PECCATO IN GENERE.

I. In mysterijs fidei nihil quidem leve aut humile, sed omnia sublimia, &  
longè sunt gravissima: alia tamen alijs graviora & sublimiora. Inter haec  
numeratur universi doctrina de peccato, in primis ea pars, quæ agit de o-  
riginali, nam, ut ait August: lib. de morib[us] Eccles. cap. 22 Nihil peccato-

originali ad pradicandum notius, nihil ad intelligendum secretius. Et lib. I.  
adversus Iulianum c. 2. de eodem hoc fidei Christianæ capite scribit : Aliæ  
sunt, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atq; optimi regulæ Ca-  
tholicæ defensores, salva fidei compage, non consonant, & alius alio de una  
re melius dicit & verius: hoc autem, unde nunc agimus, ad ipsa fidei perti-  
net fundamenta. quisquis in Christiana fide vult labefactare quod scriptum  
est. per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in  
Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur; totum quod  
in Christum credimus, auferre molitur.

II. Difficultatis illius, quæ est in hoc articulo permagna, cause partim  
ab ipsius peccati περιπλέξεω conditione, partim ab intellectus nostri  
caligine, partim ab hereticorum multiplici varietate afferri possent quam  
plurimæ: nec pauciores, quibus hujus articuli gravitas scitu & creditu ne-  
cessaria ostenderetur. Verum nobis id non est propositum, ut quæ in hoc ar-  
ticulo doctrine Christianæ explicando tractari non inutiliter possint, con-  
geramus omnia, sed ut χειρογραφίæ nostra qualicunq; aditum patesca-  
mus. Philotheoloyos Iuvenib; qui id à nobis postularunt, ad cognoscenda  
controversiarum, quæ hediè agitantur à Theologis, momenta & capita pra-  
cipua. Itaq; om̄ib; illis, questiones in hoc capite fidei nostræ controversæ  
proponere aggrediemur. Earum alia sunt de peccato in genere,  
alix de ejus speciebus, originali & actuali. De illo queritur &  
controversitur: Quid in genere sit peccatum: Solumne dictum  
vel factum vel concupitum contra legem æternam, ut vult ex  
August. lib. 22. contra Faustum c. 27. Bellarminus: An vero præ-  
ter hæc etiam alia ad ejus naturam, explicandam & definitionem  
integre constituendam pertineant? Romificij illud, nob̄ hoc veri-  
tati consentaneum videtur.

III. Hujus controversie trattationem ut legitima ratione instituamus,  
à simplicium terminorum explicatione eam ordiemus. Peccare itaq; la-  
tinis dictum creditur, quasi pecicare vel pecucare h. e. pecudis more line-  
as à Deo & natura homini circumscriptas transilire: Id quonsam actu tan-  
cum fieri videtur, Græci & Hebrei melius omnem à legitimo ordine aber-  
rationem, h. est, non modo commissiōnem & actum illegitimum, sed  
etiam omissionem & defectum vocabulis ἀμεράτειν & ΝΩΝ exprimunt,  
atq; illius ἔρυμον ex απεγνωσθή μάρτιν deducunt; hoc vero  
aberrationem à praefixo solo propriè denotare ex Iudeo. 20. v. 16. ofen-  
dunt.

dunt. Aberratio &c. & deflexio cum &c. in natura & in artibus & in moribus contingat, sciendum est de intermedia hic non agi, sed tantum de duabus extremis, quatenus sunt in natura nostra & in meribus nostris, atq; à D. Ioh. 1. epist. 3. v. 4. una voce ἀναφέσαι describuntur. Et si enim illæ artificium deflexiones & aberrationes ex prima omnis mali scaturigine ortum habent, & quod à legitimo secundum artem ipsorum agendi modo deflectunt, peccata in suo genere dici queant: buc tamen ad considerationem theologicam non pertinent, ubi omnis aberratio respectu legis divina, qua de isti artificijs nibil prescribit, attenditur. ex quo etiam liquet, neq; nos de naturæ universæ inordinationib; & aberrationib; tractationem instruere, sed quantum ad nostram conditionem pertinet, eam explicationem texere.

III. Aberratio illa atq; deflexio naturæ nostra & actionum à lege naturaliter nobis insita & divinitus repetita cum non sit uniusmodi, sed plurius, antequa ad examen definitionis accedamus, illos omnes referre & definiti naturam plenius explicare opere præcium videtur. Ut itaq; ab ipso fonte omnis mali in primis parentibus nostris hanc disquisitionem exordiamur, & ad universam ejus exundationem in posteros perducamus, pri-  
mum protoplasmum peccatum, quod causa reliquorum exsistit in ipsis & posteris omnibus, fuit actualis transgressio interdicti de fructu arboris verità non comedenda, quo & se & posteros suos universos non solum reos fecerunt à Dei, calamitatum omnis generis, mortis deniq; cum temporaria tum eterna, sed insuper spoliarunt omnibus illis bonis, quibus ornati erant, in ipsa ad imaginem Dei creatione, & ad mala quævis appetenda perpetrandaq; propensos reddiderunt. Hanc ipsorum ταργάτας & violationem legis, appellabimus peccatum primum: Ex illo quicquid in nos annes ipsorum posteros redundavit mali, sive illud ad reatum culpa & ταργάτη sive ad corruptionem pertinet, peccatum ortum indigerat poterimus. Hoc autem cum in nobis sit non medo velut radix & arbor malorum culpa & peccatum omnium, eaq; putris & vitali succo destituta, quæ facit, ut simus ad bonum proferendum steriles & impotentes, ad malum vero inclinati & propensi: atq; insuper fructua pessimi & abominabiles ex illo defectu boni & proclivitate mali proveniant: ut arbor à fructib; discernatur, hos quidem actualia, illam originale peccatum appellare consuevimus: quoniam illa actuū b. c. cogitationum, dictorum factorum aberrations à lege

fiunt: hoc vero nobis à prima statim origine inest, & origo omnium actualium existit.

V. Atq[ue] hæc omnia ad propriam in hoc articulo vocis peccati significacionem pertinere judicamus: quæ vero tropicæ & modificata ejus usurpationes præterea in scripturis occurunt, de ijs, cum ad institutum nostrum non pertineant, nihil addemus. Explicata igitur ḥæc & ostensa varietate & amplitudine, quæ est in voce & natura definiti, quæ sit vera ejus definitio, quadammodo patescit. Eam D. Iohannes 1. epist. 3. v. 4. uno verbo absolvit, dum ait η ἀποτία οὐ η ἀνομία. Hæc cum sit latior quam adversariorum (id quod ex collatione utriusq[ue] accurata fiet evidens) illam justa & legitima angustiorem esse sequitur. Sed cum illam eandem Bellarm. lib. 1. c. 1. de statu peccati & amiss. gratiae, uno membro locupletare audeat, eo assumpto latiorem definitio fieri: imo si secundum artium præcepta examinetur, impropris verbis compositam esse apparebit: quæ singula evidenter majoris causæ plenius explicare & persequi conabimur.

VI. Angustiorem definitio esse hoc syllogismo fiet evidens: Definitio, quæ non complectitur totam definiti naturam, est angustior. Talu est illa Augustini. E. angustior. Minor probari potest duobus modis: 1. ex sententia nostra vel potius ipsius scripturae, cui illa tota innititur: Ad peccatum pertinent etiam defectus non modo actuum, sed etiam potentiarum, quas Deus integræ naturæ insevit: quod ex legis divine sententia; quæ totam naturam nostram, ut erat creata, sibi conformem postulat, & ex ijs, quæ nos cum antea de universa peccati natura diximus, tum deinceps de originali dicturi sumus, manifestum est. Dicta, facta, cogitata contra legem non sunt defectus potentiarum, sed actuum. E. non explicant universam peccati naturam. Quod autem pontificij omnes illos defectus instar vulnerum naturæ & in misericordiarum nostrarum tantum numero, non autem peccatorum classe habent, id est dicetur inferius 2. Idem ostendi potest ex concessis Bellarmino: Ad peccati naturam integre explicanda duo pertinent: libera præcepti transgressio, eaq[ue] transiens, & macula post transgressionem remanens, Bell. lib. 5. c. 17. de statu peccati. Definitio Augustiniana convenit peccato, ut peccatum significat actum transeuntem, non ut significat maculam permanentem, ut concedit Bell. lib. 5. cap. 20. E. illa definitio tantum alteram ejus partem, ipso adversario testante, explicat, & proinde angustior est definitio. Quod autem ab eodem Bellarm: affertur, tuendi sui erroris causa magis, quam

quam defendendi Augustini, qui tali patrone opus non habet, peccatum in ea definitione, quæ magis nota est, definiri solere, id quia contra naturam & leges definitionum accuras arum est, quæ universam definiti naturam, non aliquam ejus particulam, quæ magis sit nota, comprehendere debet, quam frivolum sit, liquet. Et sane mira videri non immerito potest lexitra tanta benignitas, qua in definitionibus popularem rationem admissas, cum D. Kemnitium, in loquutionibus Augustini, ex eadem interpretatione sumentem non ferat (lib. 5. cap. 8.) quamvis cum populo loqui licere, ex artificum autem prescripto bonas definitiones constituendas esse non ignoret.

VII. Latiorem fieri eandem definitionem addito Bellarm. supplemento, ita evincitur: Definition generalis, quæ ulterius extenditur, quam definiti natura & species ejus concedunt, est justa latior. Talis est Augustini, si addatur voluntarium: renatorum enim multa sunt contra legem dicta, facta & cogitata, ideoq; irrefragabiliter peccata, & tamen in voluntaria, ut ex testimonio Apl: Rom. 7. v. 19. liquet, Bonum quod volo non facio, malum quod nolo, hoc ago: & in defectibus potentiarum tamen ex exerci<sup>t</sup>o nec ipsi adversarij agnoscunt: illos tamen peccata esse, apostolica definitio & eorum secundum leges consideratio evincunt. Adde absurda & falsa ex hac voce, si in definitionem peccati intromittatur, emergentia: qualia sunt peccati originis: extenuatio & quorundam actualium ex subreptione circa voluntatis perfectum assensum designatorum excusatio, imo è classe peccatorum tantum non exemptio. ita enim argumentantur: Quantum carentia justitia originalis habet in nobis de voluntario, tantum habet de peccato. At minimum habet de voluntario. Ergo minimum de peccato. Similis est collectio de actualibus. Hinc ad paenarum estimacionem descenditur, quas pro omnibus illis mitissimas, imo pro quibusdam nullas statuunt. Quantum vero peccati, ejusq; paenarum atrocitati adimitur, tantum Christo ejusq; merito detrabitur. Nam quod Bellarm. l. i. c. 1. de statu peccati, communiscitur ad necessitatem particulae de voluntario in definitionem peccati generalem intromittendam ex eo, quod lex tantum ijs propriè detur, qui habent usum libertatis arbitrij; illo ipso satis prodit, quam propriè infantes peccatum habere statuat: id quod ex hac ratiocinatione intelligitur. Lex tantum ijs propriè datur, qui habent usum libertatis arbitrij. Infantes illum non habent. E. illis propriè lex non est data. Vbi autem propriè non est lex, ibi nec propriè est peccatum. Infantibus propriè lex non est data. E. nec propriè peccatum habent.

VIII. De-

VIII. Denique non proprijs verbis esse illam peccati definitionem constitutam, ex ipso Bell. lib. 5. c. 14. probare licet hoc modo; Vbi subjectum & meus tu nominatur, & inhaerens & traxia tantum intelligitur, tibi improprietas quedam committitur. In definitione illa peccati dicta facta, concupita contra legem tanquam subjecta certe nominantur, & ipsorum tantum & traxia, inhaerens intelligitur (non enim omne, quod disidet à legi norma, ut verè ait Bell. vel cum illa pugnat, est avopica, & formaliter peccatum: alioquin Diabolus, homo, voluntas & actiones humanae, ut ibidem recte addit, forent peccatum sive avopica.) E. improprietas quedam in definitione peccati committitar. Hec autem cum virtutis definitiones, sequetur illam à Bellarm. laudatam esse virtuosam. Licebit idem, & ex Colos. 3 si relimus, alia ratione ostendere. Accidens enim virtuosè definitur persubjectum. Arist. top. 4. 6. 3. At illud sit in hac definitione. E. virtuosè.

IX. Hec vero dum veritatis illustranda causa contra nebulas Jesuita disserimus, nequaquam clarissimum illud Ecclesie primitivæ jubar S. Augustinum imperium: sed quæ ab ipso dicta sunt uno loco imperfectius vel incommodius, ex alijs supplenda explendaq; judicamus, idq; non tantum rei equitate & ipsius pace atq; concessione, qui qualis ipse fuit in aliorum hominum scriptis censendi, tales velit alios in suis legendis: verum etiam facta & exemplo adversarij nostri, qui ipse in lib. 5. cap. 20. de statu peccati hanc definitionem August. tantum in ea significatione peccati factam esse ait, quæ magis nobis nota est. Magna autem pars peccati nobis ob caliginem mentium nostrorum non est nota (Psal. 19. v. 13. Delicta quis intelligit! ab occultis meis mundi me. Psal. 90. v. 8. absconditum nostrum proponis lumini faciei tue) E. magna pars peccati in ea definitione non est comprehensa.

X. Ceterum quod Bellarminus perfectissimam peccati definitionem ab Evangelista & apostolo Iohanne 1. cap. 3 v. 4. in Ieod. & c. & Ieod. suis doctrina & in & v. & Ieod. sive refutatione nostrorum argumentorum de concupiscentia in rebus reliqua, modo latam nimis esse innuat. (cum non emne quod disidet à legi norma & cum illa pugnat avopica sit, ut ex natura, artiumq; aberrationibus constat, & Diabolus, homo, voluntas & actiones nostra aberrantes, nec tam iniquitas & avopica ipsa facta comprehendunt) modò serua responsione non egere arbitretur, sed per locum eludi posse & solere

& solere afferat, in eo primum sibi ipsi parum constat, qui hanc definitio-  
nem l. 2. c. 18. de statu peccati ita commendat, ut nec rectius, nec brevius  
peccatum definiri potuisse dicat. Deinde praeter blasphemias omni sua  
negat & nihil nisi meram Sophistiken in lucem producit, qua depre-  
benditur & discutitur facilime, si secundum subjectam materiam & ex  
Apostoli mente ἀνομίαν & aberrationem non à quavis lege, sed ab ea tan-  
tum, qua humini divinitus indita & prescripta est, intelligamus, & aberrationem  
ipsam inherentem à subjecto, cui in heret. b. e. ἀμαρτωλὸν ab  
ἀμαρτίᾳ ἐγονότην Rom. 7. v. 17. παρεχθεῖν ibid. v. 21 καὶ εύπο-  
λεγεται Heb. 12. v. 1. distinguamus, ut antea ibesi 8. monuimus.

## II. DE PECCATO ORIGINALI.

I. De peccato in genere hactenus: Sequitur de ejus speciebus, originali  
& actuali. De originali variae sunt questiones, quas omnes tractare alterius  
est loci, nobis controversiarum principias attigisse sufficiat. Earum prima  
est, sicut aliquod peccatum originis, quod per generationem car-  
nalem à parentibus trahatur? Pelagius olim & hodie Anabaptista id  
negant: ille enim afferuit, peccatum primorum hominum nocuisse posteris  
non propagatione sed exemplo, quoniam ipsum imitati sunt omnes, qui pos-  
sesta peccarunt: bi vero illud appellant Augustini figmentum, simile Ma-  
themeticorum hypothesibus, de Eccentricis & epicyclis, qui licet in calo  
revera non sint, tamen ab artificiis statuuntur, ad rationes φαντασίας  
reddendas. Nos autem cum orthodoxa Ecclesia statuimus, illud revera  
esse, & per generationem à parentibus in liberos propagari. Pontificij qui-  
dem idem nobiscum dicunt, sed neq; ex eodem fundamento, neq; eodem  
sensu, ut ostenderetur, cum ad peccati originalis definitionem descenderimus.

II. Peccati originalis nomine quid intelligamus, expræcedentis cap-  
tibus. 4. quodammodo innotescere potest, & fieri id ipsum notium, ex ijs, qua  
deinceps de eo dicemus: ut summam, quod hoc loco necesse est, ea colliga-  
mus, comprehendimus ejus appellatione originalem defectum boni in pri-  
ma creatione insiti, & consequentem ex eo inclinationem ad malum cum  
reatu culpe sive peccati primorum parentum: que mala omnia omnibus  
ad posteris, non ab origine rerum conditarum prima, sed à propagati ge-  
neris humani per carnalem generationem ortu, inesse scriptura ver. 11. &  
Novi Testamenti ostendit.

III. Ex veteri Testamento haec occurunt. Gen. 5. 3. genuit Adam filium ad imaginem suam ( non ad imaginem Dei, quam integer habebat, sed quam post lapsum defectibus & corruptione multiplici deformatam gerebat) Gen. 6. v. 5. c. 8. 21. Figmentum cogitationum cordis humani tammodo in silum est omni die. Exod. 34. p. 7. Nullus apud te per se est innocens. 2. Paralip. 6 v. 36. Non est homo qui non peccet. Iob. 14. v. 4. Quis dabit mundum ex iminundo? Ne unius quidem dabitur c. 15. v. 14. Quid est homo, ut immaculatus sit, & justus appareat natum de muliere! Ecce inter sanctos ejus nemo integer, & caeli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem. Psal. 51. v. 7. Ecce in iniquitate formatus sum, & in peccato concepit me mater mea. Eccles. 7. v. 21. Non est homo justus, qui facit bonum & non peccet. Prov. 20. v. 9. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum ab iniquitate. Eze. 48. v. 4. Transgredorem ex ute-  
ro oscari te. c. 64. 10. Universæ nostræ justitiae instar panni menstruo con-  
taminasti.

IV. Ex Novo Testamento sequentia suppetunt, Iohan. 3. v. 6. Nijs quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum celorum. Quicquid enim natum est ex carne, caro est. Quid autem carni nomine intelligat, cum ex contrario spiritu vocabulo, tum ex illis patet, quibus Φερνητος σπυρος εις θεον εχει dicitur. Roman. 8. v. 7. & εκ δε ληψης του σπυρου filij Dei & gratiae nasci negantur, Iohan. 1. v. 13 immo nec boni quicquam in nobis, τοινέστιν, εκ σπυρου ημων esse dicitur. Rom. 7. v. 18. Omnia vero locorum γραφικωτάτως hoc originis malum describit ille, qui extat Roman. 3. v. 10. 11. & seqq. Non est justus, neq; unus, non est qui intelligat, non est qui requirat Deum: o-  
mnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum, Sepulchrum apertum est guttur eorum, linguis suis ad dolum abusi sunt: Venenum aspidum sub labijs eorum: os eorum execratione & amaritudine plenum est: velocius pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio & arumpa in vijs eorum: & viam pacis non neverunt: nec est timor Dei coram oculis eorum. Rom. 5. v. 12. Sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors, atq; ita in omnes homines mors transiit, in quo omnes peccaverunt ibid. v. 16. & 18. Reatu quidem ex uno lapsu ad condemna-  
tionem ibid. v. 19. per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt

funt multi. Rom. 6. v. 3. 4. & 6. An ignoratis, quod quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ejus baptizati sumus, consepulti igitur sumus cum eo per baptismum in mortem, ut aboleatur corpus peccati. Rom. 7. v. 17. & 20. Non ego operor hoc (malum) sed peccatum, quod in me habitat. ibid. 23. video aliam legem in membris meis rebellantem legi membris meis, & captivantem me legi peccati, qua est in membris meis. Rom. 8. v. 7. sapientia carni inimicitia est adversus Deum t. Cor. 15. v. 22. Sicut in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur. Eph. 2. v. 3. Eramus natura filii irae, ut & reliqui Col. 2. v. 11. in Christo circumcisi estis circumcisione, qua sit sine manib; corpore peccati carnis exuto, per circumcisionem Christi.

V. Etsi vero in hisce & similibus alijs scriptura dictis, quibus usitate peccatum originis ab ortu nostri primo inesse nobis omnibus ex Adamo per generationem carnalem descendantibus, probari solet, multa sunt, quae ad actualis potius quam originalis peccati nos reos peragendos accommodata videntur: tamen cum haec sint velut fructus noxy, illius tanquam arboris putrida & pessima, aut tanquam terti vapores exhalantes ex illa fætidâ cloaca, imo sint instar flammarum ex illo tanquam fornace citra intermissionem ardente erumpentium, & proinde esse non possint, nisi illud ante fuerit; ex hu in actum prodeuntibus de illo in potentij latente tanquam ab effectis ad causas, regressu demonstrationis convenientissime concluditur. Quid? quod illud ipsum originale malum licet in Baptismo mortificatum, tam valide tamen omnes nostri partes intimas adhuc occupatas reneant, ut quamvis viviscatur in Christo, novisque viribus instruki, non raro tamen & malum quod odiimus committamus, & bonum quod volumus omittemus, imo quod tandem facimus, id non nisi pollutum & contaminatum illa originali foeditate edamus & praestemus. Ex quo itidem quomodo & quam evidenter actionum nostrarum aberrations & deflexiones à lege, primum illud malum, arguant, unde ipse inficiuntur, manifestum evadit.

VI. Enumeratis scripturæ testimonij aliquot rationes ex ipsis deductas subiectemus. Prima: Qui ex immundo semine conceptus, in peccato à matre calefactus & fons, ab utero transgressor est, singiq; malum in corde suo, omni die: cum peccato originis contaminatum esse dubitari nequit. At nos ex immundo semine sumus concepti Job. 14. v. 4. in peccato à matre calefacti & fons psal. 51. v. 7. ab utero transgressores Esa.

q. v. 8. Malum est pigmentum cordiam nostrorum omni die Gen. 6.  
v. 15. E. peccato originis sumus contaminati.

VII. Secunda: Quorum nativitas mundatione & ablutione opus habet, eos immundos nasci constat, mundi enim ablutione opus non habent, Job. 12. v. 10. At in veteri T. omnes masculi circumcisio (cujus tamen virtus & efficiacia ad scemellas etiam pertingebat) in novo autem T. omnes infantes circa discriminem, quotquot salvari & ingredi regnum celorum debent, ablutione Baptismi ephus habent. E. natura sua immundi peccato. Non autem actuali. Itaq; originali.

VIII. Tertia: Qualem naturam habet generans, talem generati ab ipsis accipiunt. At Adam eiusq; posteri omnes corruptam habent naturam peccato originali, E. eorum quoq; liberi talem accipiunt.

IX. Quarta: Pro quibus mortuus est Christus, ij peccato sunt pollutio. At Christus est, pro omnibus hominibus mortuus 2. Cor. 5. v. 14. 1. Tim. 2. v. 6. Ex quibus peccato polluti & proinde etiam infantes. Peccatum autem omne cum sit vel originale vel actuale; & hoc illos non habere verisimile sit; sequitur, illo eos esse pollutos.

X. Quinta: Vbi fructus proveniunt, ibi arborem esse necesse est. In nobis omnibus proveniunt fructus peccati. Ein nobis arborem h.e. peccatum originale esse necesse est.

XI. Sexta: Qui mortuus juri subjecti, ij quoq; peccato sunt infecti, Rom. 6. v. ult. stipendum peccati mors.. At omnes sumus mortis juri subjecti, adeo ut nec infantes sint exempti, id quod exempla eorum, qui vel in utero, vel in partu, vel post moriuntur, antequam usum rationis assumentur & peccata actualia perpetravit. E. omnes peccato sumus infecti.

XII. Huic prime controversia de peccato originis subiectum est à Bell. lib. 4. c. 13. tres quaestiones, quarum prima est: A quo trahatur peccatum originis, an ab Adamo tantum, an vero etiam ab Eva! Bellarm. assertis ab Adamo tantum: quod licet non expresse statim addat, ex sequentibus tamen appareat, ubi queris, Nunquid peccatum Eva ad posterios traducum fuisset, si ipsi sola peccasset, Adamo in integritate permanente: Ad quod quaesitum more suo, sententijs scholasticorum in utramq; partem prolixis, ipse concludit, ex Eva nec peccatum nec mortem trahendam fuisse. Nos vero contrarium sentimus, & ab utroq; protoplasto hoc malum in nos derivari asserimus.

XIII. Sententia nostra firmamenta ex illis ipsis, que pro se adducit Iesu Christo.

suita, desumimus: Primum: Si in Eva fuimus velut in principio aliquo, quantumvis passivo; necesse est talem fuisse naturam nostram, quale est illud principium. At hoc principium, ipsa peccante, fuisse impurum & peccato contaminatum. E. nostra quoque natura ex illo principio producta fuisse impura & contaminata peccato. Propositionis necessitatem ostendimus deducendo contrariorum sententiam ad impossibile: Si alia eaque mundior in nos derivata fuisse natura, quam fuisse prima omnium nostrum maris, mundus ex immundo natura fuisse. At hoc est impossibile, Job. 14. 4. E. & illud.

XIII. Deinde: Si in Adamo omnes moriuntur, etiam in Eva. At prius, E. & posteriorius. Propositionis connexio ex Gen. 2. 24. patet, ubi duos illos homines protoplastos in carnem unam futuros ait Deus: quo ipso ostenditur, quid ad Iesuitae exceptionem respondentum sit, qui putat, si ab Eva peccatum traheretur, apostolum non dixisse, in Adamo omnes moriuntur, sed in Eva, quia haec primum peccavit. Cum enim & haec & ille fuerint principium generis humani & arctum, ut pro una carne sint habendi, nominatio uno comprehenditur alterum. Adamum autem procul dubio nominare maius, quia ille uxor is caput, & us generationis ita propagationis peccati, que cum illa inseparabili nexu post lippum juncta est, auctor primarium: à dignore enim, ut vulgo loquimur, sic denominatio. Præterea usitatum esse scimus, posterioris & prosapiarum recensionem ita institui, ut viri soli nominentur, non exclusi horum feminæ sive conjugibus. Quod itaq. in Genealogijs & familiarum descriptione frequens est, id in ijs, que ipsis conjuncta sunt perpetua, non insolens aut ēxuegū putabimus.

XV. Secunda questio est: Ad quos trahatur peccatum originis, nunquid ad omnes, qui ex Adamo per carnalem generationem descendunt, an vero aliqui excipiuntur? zwinglius & ipsius assertio est, à materiali peccati purum statuant neminem: à formalis ramen aliqua parte, (ut ita loquuntur) immanes dicunt plorū nasi liberos, dum hoz morbum & longorem hereditarium ex parentibus quidem trahere assertarant, damnationi vero idcirco obnoxios esse negant: de quo dogmate nos alibi, savante Deo: Pontificiorum vero permulti Mariam Georgiū & genitrix eorum omnis peccatis, etiam originali expertem fuisse contendunt: quam opinionem licet Bellarminus non pro re certa & explorata a deo pro fide catholicā tenendum affirmare hoc loco andeat, ramen nec

hereticam nec erroneam, sed piam ac probabilem & contraria sententia longè probabiliorem esse contendit: cui assertioni nos sequentes rationes opponimus.

XVI. Prima: Si scriptura omnes peccato originis infectos clamat, nō mine præter Christum excepto, Maria non fuit immunis ab illo. Sed scriptura omnes originali peccato infectos esse clamat. Rom. 5. v. 12. in quo omnes peccaverunt 1. Cor. 15. 22. In Adamo omnes moriuntur 2. Cor. 5. v. 14. Si unus pro omnibus mortuus est, omnes igitur mortui fuerunt. De Christo autem expreßè scribitur, quod fuerit tentatus per omnia, sed absq[ue] peccato Heb. 4. v. 15. quod sit ὁ ιησος ἀνθρωπος ἀμίαντος κεχωριστός πολέμων ἀμαρτωλῶν Heb. 7. v. 26. quod peccatum non noverit 2. Cor. 5. 21. quod peccatum non fecerit, nec dolus in ore ejus sit inventus 1. Pet. 2. 22. quod peccatum in eo non sit 1. Ioh. 3. 5. unde agnus dicitur immaculatus 1. Pet. 1. 19. E. Maria non fuit immunis à peccato originis.

XVII. Secunda: Qui cum peccato concipiuntur, peccato infecti nascentur. At Maria cum peccato concepta fuit, ipso Bellarm: concedente l. 4 c. 16. E. etiam peccato infecta fuit nata.

XVIII. Tertia: In quibus actualia, in ijs originale. fructus enim esse non possunt, ubi non est arbor. At in Maria fuerunt actualia, quod vel sola amictio filij duodecennis, in itinere Hierosolymitano, arguit E. & originale.

XIX. Quarta: Propter quos mortuus est Christus, illi peccatum originis habuerunt. At Christus propter omnes mortuus est 2. Cor. 5. 14. 1. Tim. 2. 6. E. omnes peccatum origini habent, & proinde etiam Maria, que Salvatorem quoq[ue] suum agnoscit filium Luc. 1. v. 47.

XX. Quinta: Qui sua culpa criminis & morti obnoxii sunt, ij quoq[ue] peccato maculati: Maria criminis & morti fuit obnoxia, & quidem sua culpi. E. etiam peccato fuit maculata.

XXI. Tertia & ultima questio, quam Bellarm: prima controversia subiunxit, hæc est: Quodnam peccatum per generationem trahiatur ad posteros, illud ne unum, quod Adam primo commisit (id est originale) an cetera omnia tum ipsius Adæ cum aliorum parentum? Bellarm: illud solummodo afferit, hæc vero in totum negat traxi: Nos etiam de his aliqua, saltē quod ad propensionem & initia actionum quarundam malarum, quibus dediti fuerunt parentes, interdum traxi & propagari, non improbabiliter cum Augustino (Ench. 6. 36.) statui & dei patramus.

XXII.

XXII. *Huic questioni, ne quis àvñ̄ ḡeologis̄ m̄ortuoyloγia  
à nobis tractari autem, occasionem Pelagianos dedisse ex Augustino collige-  
re licet. hi enim contra orthodoxos pro errore suo stabilendo ita argumen-  
tabantur: Si origine peccatum Adæ in posteros transire, eo quod hi  
in ipso tanquam radice fuerunt, etiam cetera actualia transisse necesse erit.  
Sed hæc non transiverunt. Ergo originale. Propositionem bujus Sophisma-  
ris et si reijere compendiosius foris fuisse: non enim parem utriusq; esse ra-  
tionem vel inde liquet, quod Apostolus de primo illo Adami dixit, eo nos o-  
mnes in Adamo peccasse, non a. ita de reliquis: aliter tamen visum fuit  
sanctissimo viro D. Augustino, qui ἀρνησας contra assumptionem usus ac-  
tualia etiam in posteros transire affirmat: idq; forte non tantum, ut con-  
tradicentibus Pelagianis ora obturaret, sed multo magis, ut omnes parentes  
à peccati, proposita posteriorum miseria revocaret, repetita. & explicata  
per collationem, alterius dicti ἐν αὐτῷ Φαῦλοι divina comminatione,  
Decalogo addita, quam firmamentum suæ sententia unicum statuit.*

XXIII. *Hunc nos secuti Primam nostræ assertio[n]is rationem hanc  
offerimus: Quod parentum peccatum Dei in liberis puniturus est, id in  
illis aliqua ratione esse oportet. (nisi enim hi communicarent cum  
parentibus in culpa, iusto Dei iudicio non communicarent in pena.) At pu-  
niturus est iniquitatem patrum in liberis. Ergo aliqua ratione his inerit,  
Non autem reatus tantum transmissione: Ab hoc enim absolvuntur quot-  
quot relinquunt pravitatis majorum vestigia. Ezech. 18. v. 19. 20. E. aliqua  
corruptionis transmissione.*

XXIV. *Secunda: Pœna culpe parentum jure divino transit in li-  
beros impios. At quedam peccata actualia subsequentia sunt pœne präce-  
dentiū peccatorum. E. Quedam peccata actualia, saltem quod ad prima  
actionum initia, transeunt in liberos.*

XXV. *Tertia: Propensiones & inclinationes ad certa vitia sunt initia  
actualium peccatorum. At propensiones & inclinationes ad certa vitia  
transeunt à parentibus quibusdam in liberos. Ita iracundos, libidinosos  
dolosos, seuos, violentos ex similibus nasci parentibus videmus. Ergo à qui-  
busdam parentibus transeunt initia actualium peccatorum in liberos. Major-  
rem, ne quis nos confusi originali cum actuali peccato arguedos putet, ita ex-  
pli camus & probamus: Cuius naturæ & conditionis est consummata concupis-  
centia, ejus etiam est inchoata. Inchoatio enim & consummatio gradus sunt,  
qui rem non variant, sed modum rei. At illa est natura actualis. E. ejus  
inchoata*

hacheara. Scimus verò quosdam esse, qui concupiscentie pravae motu primis in actum erumpere tendentes inter originalem & actualem consummatam, velut intermedium & utriusq; natura partipem esse dicunt: quorum sententia nostra non officit. Cum enim aliquid de actualis conditione & natura contribuant, aliquatenus ad illud pertinere concedunt, id quod nobis obtinuisse satu est.

**X X V I.** Atq; hec qualiacunq; ad vitam nostram maiori pietate & sanctimoniam instituendam dum afferimus, duo hic non prætereunda censemur: prius est, Deum perpetuo huic viriostati modum statuere, unde ex improbis non semper improbi, sed etiam probi quidam ortum habent. Alterum, initia illa vitiorum hausta à parentibus posse & solere minus spiritus sancti gratia, oratione ardentii, pietatisq; & virtutum exercitijs, arguita quoq; ne posteritas majoribus deterior vel etiam simili evadas, impediti.

**X X V I I.** De prima controversia in doctrina de peccato originali, ejusq; adjunctis problematibus hactenus: Sequitur Secunda, qua disceptatur de natura & conditione peccati originalis, qua & qualis ea sit, cum ante tum post regenerationem. In priori consideratione status hic est: peccatum originis sine tantummodo reatus culpa sive transgressio nis primorum parentum & habitualis aversio sive obliquitas voluntatis ex carensia justitiae originalis: An vero, præter hæc, horrenda naturæ, ejusque virium in unoquoq; hominum corruptio: prius adversariis nostris pontificis, posterius nobis placet.

**X X V I I I.** In hac controversia, qua est intricatissima, ut decursu nostra explicationis tanto sit planior & plenior, à primo ejus fonte, nimurum adversariorum in hoc Articulo τῶν Φορέων eam) auſpicabimur. Pontificij enim, quod evidenter appareret ex conciliij Tridentini decretis, eorumq; interprete Andradio, adeo ignari & incerti sunt doctrine de peccato originis, ut veram ejus definitionem ex scriptura tradere nequeant: Imo eorum coryphaeus Bellarm: Tom. 3. Con. 2. l. 5. c. 5. de statu peccati, banc questionem inter ea refert, qua sine ullo fidei detimento ignorari possunt, & de quibus salva fide in uitamq; partem disputare licet, quod minimum nemini videri potest, qui ab eodem T. 1. Cont. 1. l. 4. c. 4. afferi voverit. Auscit peccatum originis in infantibus, nullis sacrarum literarum testimonij sufficienter probari posse. rei enim cuius in dñi ex scriptura dari nequit, quomodo in dñi ex eadem daretur.

**XXIX**

**XXXI.** Iam si ab hac eorum thesi ad àvñtęorū sive nostram confes-  
sionem nos convertamus, & quid de ea ipsis notum sit inquiramus, aliquos  
adeo rudes & imperitos depræhendemus, ut nos sibi per omnia in hoc ca-  
pite fidei & doctrinæ christianaæ consenteat, pudent, teste Bellarm lib. 5. c. 4.  
de statu pecc : imo ipse etiam ab initio afferit, prima fronte videri tam  
Lutheranos quam Calvinistas nec inter se nec ab Ecclesia (pontificia) dissi-  
dere: tandem tamen, ut majori quodam dono Δληγίσεως ταῦ πνοῦ μάτων  
præ ceteris se donatum proberet, duo quædam in doctrina nostra de peccato  
originis inveniri ait, quæ longissime distant à catholicorum veris, sanaq;  
doctrina: alterum est, quod plurimi nostrorum peccatum originis non di-  
stinguunt à peccato actuali, cuius confusione arguit D. Lutherum, Dn. Phi-  
lippum & D. Kemnitium: alterum, quod quæ catholice volunt esse vulne-  
ra naturæ, infirmitates, morbos ex peccato originali relictos, ut ignorati, am-  
difficultatem, concupiscentiam; nos verè & propriè peccatum originis esse  
velimus, & in hominibus per Christum justificatis ita manere, ut natura  
sua damnare possit homines, si Deus illud imputare velit.

**XXX.** At vero nec prius illorum duorum merito ipsis imputari & tri-  
bui, suo loco docebitur, & plura esse, in quibus discrepamus ab Ecclesia pon-  
tificia in hac doctrina, ex utriusq; patris accuratiori collatione manifestum  
evadet. Vt igitur primo loco adversiorum sententiam, quomodo eam Bel-  
larm: T. 3. cont. 2. l. 5. c. 17. (memor an immemor ejus, quod dixerat ante  
salva fide hanc questionem in utramq; partem disputari posse?) refert, ex-  
ponamus, Si quis (inquit) à nobis querat, quid propriè sit originale pecca-  
tum? respondemus cum distinctione: Si peccatum pro actione cum lege  
pugnante accipiatur, est prima Adami inobedientia ab ipso commissa, non  
ut erat persona singularis, sed ut personam totius generis humani gerebat.  
Si vero peccatum accipiatur pro eo, quod residet in homine post actionem,  
est carentia doni justitiae originalis sive habitualis aversio & obliquitas  
voluntatis, qua & maculamentem Deo invijam reddens appellari potest.

**XX XI.** De priori parte hujus sententie, cum adversarijs idem sen-  
timus, hoc tamen observato, quod non ex eodem fundamento & causa, nos  
enim ex sola scriptura, ut in alijs fidei articulu, hanc fidei nostra τῷ ηγ-  
Φοῖς οὐκ hausimus: illi vero quemadmodum ex Bellarm: ante probavimus,  
traditionibus ἀρχαῖοις nituntur. De posteriori autem in totum ferè  
dissentimus. Adversarij enim, quemadmodum hominem in puris naturali-  
bus conditum & supernaturali dono & gratia absq; sua culpa carentem, ad

Denm non conversum: eo ornatum, ad Deum habitualiter conversum: eodem sua prævaricatione spoliatum, à Deo habitualiter aversum dicunt: (vide Bellarm: T. 3 cont. 2. l. 5. c. 18. 19. & alibi) ita (præter reatum culpe protoplastorum) in hoc postremo, nempe habituali hominis à Deo averseione per privationem & carentiam iustitiae originalis introducta sive causata omnem peccati originalis vim & naturam consistere affirmant. Defectum igitur & carentiam boni in definitione peccati originis agnoscunt, quatenus ex ea & propter eam habitualiter à Deo aversi sumus: reliqua eodem à nobis intellecta & ad naturæ nostræ, ejusq; partium atq; virium omnium horrendam despoliationem pertinentia; item pravas inclinationes, sive proclivitatem ad malum, quam concupiscentiam vulgo vocant, et si ex eodem lapsu protoplastorum & culpe illius reatu in omnibus Adæ posteris agnoscant, tamen ad peccati originalis naturam & conditionem ea pertinere minime concedunt, sed pro pœnis, miseria & vulneribus tantummodo naturæ nostræ habent: quin hos ipsos motus inordinatos & desideria prava in natura integra latuisse, & per donum supernaturale, velut frenum cohibita, ne erumperent statuunt; atq; ita à peccato originis & lapsu primorum parentum non aliter, quam à removente prohibens, originem trahere concedunt. quod ne ipsis citra probationem tribuere videamus, paucis fundamenta nostra de ipsis opinione assertionis proferemus.

XXXII. De carentia igitur & defectu bonorum in nobis illud tantummodo, quod diximus ab adversarijs agnosci, et si ex ipsis doctrina de imagine, sive, (ut ipsi loquuntur) similitudine Dei amissa (quam velut corollam capiti virginis aut tanquam vestem homini cuivis detractam volunt, salvis & ipsis naturalibus) quodammodo constare potest: tamen evidenter majoris gratia id ipsum ex eorum antesignano Bellarmino ostendemus. Hic libri quinti capitibus sedecim postquam oppugnavit quinq; errores adversiorum (ut appellat) in doctrina de peccato originali, tandem c. 17 veram pontificiorum sententiam exponere aggreditur: In qua explicanda postquam primo loco velut hypothesis certam veræ doctrinæ hanc propositionem posuit, peccati nomen bifariam accipi solerz: (b. e. ut nos accipimus, peccati conditionem duo complecti: id quod scopus dicentes præter cetera arguit: de vocabuli enim ὅμοιωσις non controvertitur, sed de natura & conditione peccati originalis) uno modo, pro libera transgressione præcepti: alio modo, pro eo quod remanet in anima peccatoris post actionem illam transgressionis præcepti; ostendit deinde quomodo hæc duo insint

infinitam in originali peccato quam in actuali: Tertio cum ex schola  
sticis plurimi iugis praecipui peccatum originis definierint carentiam justi-  
tiae originalis debita inesse, in eaque explicanda mirè varient inter se doctores  
ipse examinatis omnium sententijs, eam quam thesi 30. exposuimus, ut ceteris  
veriore proponit; quam deniq*ue* c. 19. multis explicat & probat:  
ex quibus ad ostendendam genuinam ipsius mentem una sententia erit in-  
flam totius capituli. Ea a. est hæc: Privatio doni iusticie originalis peccati ori-  
ginale dicitur, quatenus id est, cū aversione à Deo habituali, Nā quē admor-  
dū anima seu voluntas dono illo prædicta conversa dicitur ad Deum, & justa ha-  
bitualiter. Sic etiā dono illo privata nō conversa, & nō justa dicitur, & si ipsa se  
ad Deo averterit, & donū illud excluserit, aversa & injusta optimo jure dicetur.

XXXIII. Ex adductis Bellarm: verbū quid defectus & carentie  
nominibus in definitione peccati originis intelligent pontificij, constare arbit-  
ratur: reliqua vero, quæ nos iisdem vocibus comprehendimus, ab ipsis non  
ad conditionem & naturam hujus peccati, sed ad miseriam & vulnera na-  
turæ referri, evidentissimum est ex ejusdem lib. 6. c. 8. & seqq;  
ubi in enumeratione malorum hominis interiorum defectus animæ tam insupe-  
riori quā in parte inferiori commemorat multa, quæ nos ad peccatum originale,  
ipse tantū ad effectus illius & miseras in hac vita nostras pertinere afferit.

XXXIV. De pravis inclinationibus sive proclivitate ad  
malum, quæ vulgo concupiscentia dicitur, nihil à mente ipsorum  
alienum ipsis affungi, doceri potest, primum ex eodem illorum dogmate de  
simagine seu similitudine Dei hominibus primis in creatione donata & per  
lapsum amissæ quemadmodum enim illam datam afferunt ad morbum sive  
languorem in natura ex meritis naturalibus constante sanandam, & pugnā  
contrariorum appetitus ex diversitate naturarum ortum habentium  
sedandam: ita ab eadem amissa, morbi, languoris & concupiscentiæ illius a-  
ctum tanquam causa removente prohibens oriri, ideoq*ue* ipsam non ex se &  
sua natura, peccatum propriè dici posse, (cum sit naturalis) sed tantum fi-  
guratè & Metonymice, quia ejus eruptio est ex peccato h.e. primorum pa-  
rentum lapsu tanquam removente prohibens, inclinatq*ue* per se & incitat nos  
ad peccatum. Deinde licet Bellarm: peccatum originis appelleat maculam,  
ut l. 5. c. 17. & alibi, tamen ita se explicat, ut eam cum privatione iusticie  
originalis & habituali aversione à Deo unum & idem statuat. vide l. 5. c.  
19. Deniq*ue* id ipsum ex eo apparet, quod l. 5. c. 15 contra Lombardum &  
alios qui affirmant peccatum originis esse concupiscentiam sive morbidam.

qualitatem in anima, prava desideria perpetuo excitantem, ipse afferit, ipsam sensualitatem (ut vocant) esse concupiscentiam hanc malam, sua natura pronam ad concupiscentium contrarationis ordinem, non ex insita (b. e. adventitia) qualitate eam inclinante, sed ex carentia iustitiae originalis, que eam perfecte rationi subiectebat. haec declarat duobus similibus, quorum alterum est de equo, qui per se ad currendum ita promptus est, ut retinaculo indigeat: hic ut currat non indiget calcaribus, sed frenum ei remitti satis est: alterum de re gravi & ad lapsum adeo prona, ut fulciri necesse habeat: huic non opus est onus novum superimponi, ut decidat, sed satis est fulcrum subtrahit.

XXXV: Haec de adversariorum opinione, qua quantum à nostra discrepet, ipsis, ut vidimus, eorum antesignanis non omnino perspectum videatur, pluribus monere visum fuit: restat ut nostram adeoque totius orthodoxae Ecclesiae confessionem de peccati originalis natura & conditione, que & reatum culpæ primorum parentum & corruptionem. b. e. defectum & inclinationes pravas complectitur, explicemus, atque bonis rationibus stabilitam ostendamus.

XXXVI. Reatum igitur culpæ primorum parentum, quando ad peccati originalis in nobis omnibus hærentis conditionem & naturam pertinere dicimus, societatem defectionis, inobedientię & transgressionis illorum intelligimus, quam omnes ex virili semine prognati per carnalem propagationem contraximus, propterea quod in Adamo tanquam radice, aut ejus capite universi generis humani existentes peccavimus.

XXXVII. Hanc confessionis nostræ veritatem contra αντιλεγοντες veteres & recentes, qui nos citri. societatem & reatum τῆς παρεγκόης protoplastorum, sustinere paenam, infamiam, & velut servitutem ex parentibus hæreditario transmissam affirmarunt, primum scriptura diserte assertit Rom. 5. 12. ubi nos omnes in Adamo peccasse ait: & contra absurditatem, quod alienum, ut videtur, peccatum neminem reum faciat, ipsa ratio defendit. In quocunq; enim corpore sive naturali, ut sunt nostra, sive politico, ut civitates & familie, quicquid caput quatenus caput facit, illud toti corpori jure imputatur, unde totus homo luit, quicquid voluntas velut caput delinquit, nec subditi aut liberi à crimine absolvuntur, quod Magistratus aut parentes committunt. Hū subscribit August. l. 1. de peccati meritio & remiss. c. 10. Certe, inquit, manifestum est alia esse propria cuiq; peccata, in quibus hi tantum peccant quorum peccata sunt: aliud hoc unum, in quo omnes peccaverunt, quando omnes ille homo unus fuerunt. Similia habet l. 3. c. 7. & alibi.

Defe-

**XXXVIII.** Defectum appellamus privationem perf. elionis concre-  
tae, nimirum in intellectu & cogitacione noticie creatoris & creaturarum omnium  
illius eximiae, in voluntate rectitudinis & libertatis, in corde & membris  
omnibus conformitatis affectuum & appetituum cum lege divina; unde  
nunc sumus a natura vacui sanctitatis & justitiae verae, timoris & fiduciae  
Dei, aliarumque virtutum verarum. Hæc denudatio nostri admodum hor-  
renda ex scriptura generatim appellari poterit carentia gloriae Dei  
Roman. 3. v. 23. In specie vero, quod principiæ hominis partes miserè  
spoliatae sunt, evidenter scriptura testimonia evincunt. Mente enim sua  
luce orbata esse docetur Psal. 14. 2. Non est qui intelligat h. e. qui po-  
tentiam vim & facultatem habeat intelligendi spiritualia. i. Cor. 2. 14.  
Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. Sunt enim ei  
stultitia: nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur. 2. Cor. 3.  
v. 6. Non quod idonei sumus per nos ipsos ad cogitandum quicquam velue-  
re ex nobis, sed quod idonei sumus, id ex Deo est. Voluntatem quoque sua re-  
ctitudine, qua ferebatur ad Deum, privatam esse ibidem assertur, dum di-  
citur, Non est qui requirat (h. e. qui requirere posse.) De corde itidem &  
reliquis membris miserè exspoliatis & exitu sua, qua pollebant in spirituac-  
libus duxerat, Paulus in sua persona conqueritur, Roman. 7. v. 18. 19.  
perficere bonum non invenio.

**XXXIX.** Hanc sequentem lucis in mente, & adiuvacem boni ap-  
petendi, perficiendique in voluntate, corde & omnibus membris, quam pon-  
tificij ad miseras humani generis & penas peccati tantum referunt, nos &  
pena & peccati, imo & cause utriusque rationem in nobis habere statui-  
mus, idque adducti rationibus: Prima: Omnis ævoµia naturæ nostra  
& morum est peccatum. Defectus virium animæ intelligendi & præstan-  
di, que homo tenetur intelligere & præstare, sunt ævoµia naturæ no-  
stræ (id quod ex contrario liquet: Cum enim omnis perfectio tam poten-  
tiarum, quam actionum nostrarum est ævoµia sive convenientia cum  
lege: sequitur omnem defectum earundem esse ævoµia sive disconveni-  
entiam cum lege) itaq; sunt peccatum.

**XL.** Secunda: Quicquid nos reos ire Dei constituit in conspectu Dei,  
id est peccatum. Defectus & impotentia nostræ naturæ, constituunt nos reos  
ire Dei in conspectu ipso: quia arguunt nos male fidei in conservandis bo-  
nis, que in creatione accepimus: ideoque perpetuo carceri, & tenebris  
& maledictioni addictos esse, juxta sententiam legis Deut. 17. Gal. 3. Male-  
dictus

*dictus omnium qui non permaneserit in omnibus, que scripta sunt in lege. Ei sunt peccatum.*

**XLI.** *Tertia: Si defectus actuū, sive peccata omissionis sunt contra legē & proinde peccata, et iam defectus potentiarum peccata erant. At illi sunt contra legem & id irreo peccata. E. & hi. Propositionis necessitas probatur ex lege divine, quæ non requirit, ut Deum & proximum diligamus quantum jam corrupti possumus, sed quantum integri poteramus, b. e. ex toto anima, ex toto corde & ex totis viribus.*

**XLII.** *Pravas inclinationes vocamus pronitatem & propensionem ad perpetrandā omniū generis mala in lege prohibita & ad negligendum & omissiendum bona in eadem mandata. Tales sunt in mente, pronitas ad cogitandum vanissimam & falsissimam de Deo, ad dubitandum de ejus providentia, impietatem, profanitatem: in voluntate & corde propensio in securitatem carnalem, contumaciam, odium, frenitum adversus Deum in ærumnis, desperationem de gratia, amorem rerum conditarum supra conditorem, ad neglectum & contemptum cultus Dei, ad superbiā, simultatem, inimicitias, invidiam, iram, crapulam, luxum, libidinem, avaritiam, mentacia &c.*

**XLIII.** *Hæs inclinationes pravas pertinere ad peccatum originale sequentibus scripturæ testimonij doceri potest. Eph. 4. 17. Hoc agitur dico & obstat in Domino, ne amplius ambuletis, sicut reliquæ gentes ambulant, in vanitate mentis suæ. Rom. 8. v. 7. Intellectus carnis inimicitia est adversus Deum, legi enim Dei se non submittit: imò ne potest quidem. Gen. 6. 5. & 8. 21. Figmentum cordis humani tantummodo malum est ab adolescentia. Rom. 9. 18. Scio quod non habitat in me, id est, in carne mea bonum. Ibid. v. 23. Video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ, & captivū me reddentem legi peccati, quæ est in membris meis.*

**XLIV.** *Idem probari potest multis rationibus, quarum paucas producemos: Prima: Omnis in natura nostra & moribus àvōpīa est peccatum. Omnis prava inclinatio & proclivitas ad malum est àvōpīa & aberratio à legis interdicto, Non concupisces. E. est peccatum. Minoris declaratio & probatio, quod interdictum illud ultimum in decalogo sit de originali & non de actuali concupiscentia intelligentum, ex collatione huius cum præcedentibus præceptis demonstrari potest. Illis enim quæ prohibita est omnis concupiscentia actualis, quæ per consensum voluntatis fit; hoc ultimo origine, quæ cūra consensum in nobis oboritur, veteri consequitur.*  
*Secun-*

**XLV.** Secunda: Omne malum naturæ nostræ, quod nos incitat ad peccandum, est peccatum originale. Concupiscentia illa, de qua disputamus, est malum naturæ nostræ incitans nos ad peccandum. E. est peccatum originale. Minor; prior pars à Bell.lib.6:cap.14 argumentis decem probatur: posterior vero ab eodem l. 8.c. 10, 12. & alibi sèpè assertur. quis igitur hic planè debellatum non putaret? verū adversarius fronte pacem & consensu ostentat, mente bellum redintegrat, dum malum illud non nisi materialiter & impropriè peccatum dici & in solis inferioribus hæretere contendit: id quod tantum facit constantia quanta veritate. nam quod nunc in solis inferioribus hæretere contendit, illud vel ejus simile ( ita enim ad tegendam falsitatem loqui forte maluit) in superiori parte inveniri, antea l. c. 15. afferuit idq; partim experientia, partim à testimonio Apostoli Gal.5.20. probavit. Quod vero eam concupiscentiam ad malum per se pronam & ad illud nos incitantem atq; idcirco legi contrariam impropriè peccatum dici affimat; eo quantum sibi de veritatis luce in hac doctrina affulserit & quantum de propria natura peccati cognitum habeat, ostendit.

**XLVI.** Tertia: Si concupiscentia peccatum est & dicetur post baptismum, multo magis erit & dicetur ante eum. Sed pravae inclinationes & proclivitas nostra ad malum, quæ vulgo concupiscentia appellatur, est & dicitur peccatum post baptismum: ut paulò post probabitur. E. etiā ante eum.

**XLVII.** Atq; hæc pro confirmanda nostra sententia sufficiunt: antequā verò ad novam questionem explicandam transeamus, opera & premium videmur facturi, si Bellarmini cavillationes quasdam, quibus nostram, totiusq; orthodoxæ Ecclesiæ doctrinam deformare nititur, attingamus & diluamus. Quod enim pravae inclinationes & concupiscentiam prava desideria in nobis excitantem visum fuit & veteribus & recentibus appellare positiva mala & habitus naturæ vitiosos; id hereticae pravitatis censori inter errores in hac doctrina numerare & referre placuit: quod dum facit, eum in sensiendo à veritate & in judicando ab equitate abesse putamus. Nam si qui ita loquuntur, illis vocibus accidentia, quæ substantiae per se ordine naturæ inessent, eamq; comitarentur, intelligerent; causa nulla esset, quin erroris & hereseos turpisimæ arguerentur. At vero tantum abest ut hoc ipsi faciant, ut adversarium naturæ integræ in puris naturalibus constitutæ pravae inclinationes & pravitatem ad malum tribuentem redarguant. Ipsi vero suis illis terminis & vocibus nihil aliud denotatum volunt, quam malum quod despoliationem naturæ, ejusq; virium est subsecutum. Hæc non est ex earum privationum genere, quæ tantum spoliant & denudant

subiecti-

subjecta sine impressione & dispositione eorundem viciosa (ut quies est nuda motus privatio, sine vitiacione subjecti, cui motus admittitur) sed est ex ijs, quæ præter seq̄uāt inducent impressionem, subjectum, cui accidit, viuantem & corruptem. talis est putredo in pomo, morbus in homine, privans subjectum non modo bona sua constitutione, sed etiam disponens ad corruptionem. Nam quod idem ille in nostris arguit, si ipse non faceret, & quior videti posset. Nunc a. cum & aversionem à Deo per carentiam justitiae originalis introductam nominat habitualem & concupiscentiam in nobis hærentem malum positivum esse concedat l. 5. c. 10. qua æquitatis specie ipse alios in eo reprehendit, quod ipse facit?

X L V I I I . Ejusdem sui candoris & scientia documentum aliud edis l. 5. c. 4. ubi D. Lutherum, Dn. Philippum, D. Kemnitium in afferenda barum inclinationum pravitate, eaq̄ corruptioni nostræ sive originali peccato tribuenda confessionem originalis & actualis peccati introducere ait. Esi enim Lutherus fomitem nunquam esse dicat sine actuali peccato, praesertim in ijs, qui usum rationis habent: ut nec ardens fornax sine flammis corruptentibus, nec cloaca sine fætoribus exhalantibus: illad tamen hoc esse nunquam afferuit, atq; ita à confusione, cuius à Jesuca peragitur rem, immunis & liber est.

X L I X . Sic quod originale peccatum Lutherus, Philippus, alijq; ita definiunt, ut ad id pertinere dicant, ignorantiam Dei, contemptum Dei, vacare metu & fiducia Dei, odisse judicium Dei, fugere Deum judicantem, irasci Deo, desperare gratiam, habere fiduciam rerum praesentium; inde suæ accusationis firmamenta nulla habet. In his enim quædam disertè sunt seq̄uæ & onus aucti & idcirco ad originale peccatum, ipso adversarii confitente, pertinent. Quædam vero, quæ èvèḡȳetar denotare videntur, quomodo à Lutheranis non de ipsa, sed de ejus duvæpi seu potius œdavaç̄iæ intelligenda sint, vel ex Apologia confessionis Augustana liqueat: à qua loquendi ratione nec scriptura est aliena, dum ait, Non est qui intelligat, non est qui requirat Deum: (b.e. qui posset à natura rātō dēx̄od̄y, qui appetendæ cognitionis Dei facultatem habeat) cuius impotencie nostra causam addit: omnes defecerunt (id est ùs̄eq̄v̄r̄q̄ tñs dōñs & dēx̄od̄) nec philosophorum placita huic formulæ & phrasí repugnant: verba enim èvèḡȳt̄w, ut ajunt, in definitionibus posita duvæpi sepennero designant.

Addit

**L.** Adde superioribus distinctionem, qua à copia universa & irre-  
tudo sive deflexio à lege modo consideratur, ut est in actionum principijs  
h. e. potentij & facultatibus naturalibus, sive à perfectione concreata,  
qua in lege describitur, deficientibus, sive alio quam oportebat secundum  
legis prescriptum propendentibus: modo ut est in earum complemento  
& actu: qua non solum superiora illustrat & inter defectum potentiarum  
actionum, h. e. inter orig. & actuale, sive id siat committendo malum si-  
ve omitendo bonum, discrimen ostendit: Verum insuper rationem dis-  
solvendi Sophismata Bellarmini contra Lutherum ejusq; parastatas fideles  
alii, monstrat. Primum enim quod ait, odisse, fugere Deum &c. sunt  
actualia. Peccatum originis est odisse, fugere Deum, ut Lutherus, Ph.  
Lippus alijq; describunt. Ergo ex eorum sententia originale est actuale: com-  
mittit Elenchum ὀργών ποιεῖς in phrasibus, odisse, fugere Deum. In ma-  
jori enim de ipso actu odij & fugae accipiuntur & proinde ad actualia  
peccata merito referuntur: in minori vero tantum de propensione  
& proclivitate ad odium & fugam Dei, itaq; ad originalem corruptio-  
nem pertinent.

**SL I.** Deinde quod ex eadem illa ambiguitate ita argumentatur: Od-  
isse Deum, fugere Deum, cadit in eos qui rationis usum habent. In-  
antes usum rationis non habent. E. in eos odium & fuga Dei &  
similia, qua Lutherani pro originali peccato habent, non cadit, aut si  
cadit, usum rationis habent. Sed utrumq; est absurdum. E. illud quoq;  
unde hoc deducitur, nempe peccati originalis descriptio, quam Lutheran-  
i tradunt; ad illud ex eadem distinctione respondemus, & majorem se-  
cundum eam ita declaramus: Odisse Deum, fugere Deum, nimirum actu,  
cadit in eos, qui rationis usum habent: hoc quia infantes destituuntur  
actuale peccatum eisdem tribuere non solemus.

**L II.** Similis est responsio ad hoc argumentum: Quem quis non novit,  
odisse nequit. Infantes Deum non noverunt: quoniam quod multo fa-  
cilius est, matrum mammas non noverunt. E. Deum non oderunt: quo con-  
cesso, peccato originali, secundum Lutheranorum definitionem, carere di-  
cendi sunt. Major enim de actuali odio loquitur, quod infantibus rationis  
usu pleno destitutis non tribuimus: interim propensionem ad odium Dei  
in ipsis esse profitemur, quemadmodum in lupi catulo inclinatio ad rapaci-  
etatem, in serpente recens nato proclivitas ad laedendum: eaq; licet in

alium non erumpat, tamen in oculis Dei tam est execrabilis, imo malo-  
magis, quam haec in oculis hominum. Ceterum quod ad ignorantiam in-  
fantum attinet, qua sit, ut nec Deum nec matres, eorumq; mammas  
neverint, licet Bellarm. eam inter penas & miseras tantum numeret,  
l. 6. c. 9. nos tamen ad ipsum orig. peccatum pertinere statuimus, de quo  
supra pluribus egimus.

L III. Deniq; quod argutatur, in hunc modum: Figmentum cordis  
pravum pertinet ad actuale peccatum. E. non ad originale, nisi velis hoc  
cum illo confundere; respondemus primo per limitationem ad majorem o-  
missam; Quod pertinet ad actuale peccatum, non pertinet ad originale;  
scil. eodem modo: Deinde ad minorem: Figmentum cordis pravum per-  
tinet ad actuale, quatenus actio ipsa prava consideratur: idem pertinet ad  
originale, quatenus illius actionis pravae principia visiosa, unde actio vi-  
siata fluxit, attenditur.

L IV. Atq; haec de priori consideratione peccati originalis, nimirum  
ante Baptismum & regenerationem: posterior est de eodem, postquam  
homo baptizatus & regeneratus est, ubi acior inter nos & pontificios  
est controversia. Eius statu, secundum informationem & constitutio-  
nem Bellarm. l. 5. c. 5. hic est: Utrum corruptio naturae ac præ-  
severim concupiscentia, per se & ex natura sua, qualis invenitur  
et iam in baptizatis & justificatis (hoc est, non regnans) sit propter  
peccatum originis? Adversarijs negativa, nobis affirmativa placet.

L V. Corruptionem naturae factam pontificij concedunt, & tamen  
naturalia in homine post lapsum mansisse integra omnibus viribus contem-  
dunt: haec quomodo concilient, brevius nequit expediri, quam si revocemus  
nobis in mentem, quomodo hominem in puris naturalibus constitutum &  
citra donum supernaturale consideratum, languore quodam & morbo ex  
condicione materia laborasse ajunt, quo homo etiam integer pronus fuisse  
ad appetendum bona sensibili contra rationis ordinem, nisi cohibitus fuisse  
a dono supernaturali imaginis, seu (ut ipso loquuntur) similitudinis  
Dei. illo per lapsum deperdito, corruptum respectu supernaturalis boni  
ablati concedunt, quem integrum respectu naturalis conditionis esse asser-  
unt. Nos vero quando corruptum esse dicimus non modo naturam  
miserabiliter bonis prestantissimis polistam, sed etiam horribiliter de-  
structum, & ad mala proclive in factum esse assertimus: Id quod antea co-  
probus declaravimus.

Corru-

L VI. Corruptionis illius, quantum ad mala positiva (ut vulgo loquuntur) attinet, pars principia est concupiscentia, qua homo suam vitiositatem maximè exerit & patefacit, concupiscendo ea, que legi Dei sunt contraria: unde sit ut hac voce totum malum originis ovvero doxanōs appellari in scriptura Exod. 20. 17. Roman. 7. 7. Ephesi. 4. 22. & à Partibus soleat.

L VII. Concupiscentiam autem cum dicimus, non omne illud, quod hac voce usitate comprehendendi solet, intelligimus. primo enim d'vra p̄mis & facultas naturæ indita hac voce denotari solet: Deinde etiam actus & c̄vēḡd̄a ex illa fluens. Vtraq; cum vel ad bonum, malumve propensione ferri, vel in alterutro actione quadam occupari soleat; hinc sit, ut & bona & mala dicatur concupiscentia, non enim in homine tantum caro adversus Spiritum, sed & hic contra illam concupiscit Gal. 5.17. Vnde lucta in ipso perpetua dum haec vita durat: ubi autem sales actus, ibi similes potentias, ex quibus illae proveniant, reperiri necesse est.

L VIII. Maledicentia sive concupiscentia (de qua propositum est nobis agere) aliquot esse differentias & gradus. appareat, cum ex ipso in nobis, qui spiritus S. primitias habemus, experientia, cum ex illo apostoli Rom. 6.12. Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore ad obediendum ejus concupiscentijs: 1. est originalis fons omnium malorum cupiditatum in homine, qui ab Adamo in omnes posteros naturali propagatione derivatur, & in his velut accensa fornax cupiditatum malorum flammis emitte. 2. Ab illa natura totius corruptione oriens contineat motus primos, qui sepe in nobis invitis sentiuntur, & ne in actum plenum & consumatum erumpant, reluctance rationis regeneratae judicio & voluntatis dissensu prohibentur. 3. Est, quando cupiditatibus frenos laxamus, & scientes volentesq; ijs indulgemus, omniq; peccatorum genere nos polluimus. De postremo gradu non dubitatur, quin sit peccatum: de duobus prioribus queritur, quid sit illa concupiscentia per se, in se & in sua natura, quæ remanet in renatu post baptismum, quando ipsi non obeditur, peccatum ne an non? Nos illud, ut diximus, adversarij hoc affirmant.

L IX. Fundamenta assertio[n]is nostræ suppedant scripture testimonia perspicua & rationes non infirmæ. Testimonia sunt hæc: Exod. 20.17. Deut. 5.27. Ne concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, aut servum, aut ancillam, aut bovem, aut asinum, aut qui quid illum est. Rom. 7. v.7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est abit: imo

peccatum non cognovi nisi per legem. nam ipsam concupiscentiam non uissem, nisi lex dixisset, Non concupiscet.

L X. Rationes has afferimus: Prima: Quicquid legi Dei per se aduersatur, eaq; prohibetur, illud est peccatum. At concupiscentia illa post baptismum reliqui, quæ lex peccati hærens in membris regeneratorum à Paulo dicitur, aduersatur legi Dsi piorum mentibus inscriptæ Rom. 7. 23. eaq; prohibetur ibid. v. 7. E. est peccatum.

L XI. Secunda: Quod inhæret regeneratis, eosq; ad malum proclives, ad bonum segnes & impotentes reddit, inquinat omnia quæ tandem edunt bona opera, & afferit ipsis mortem; id esse malum necesse est. Originalis corruptio naturæ nostræ inhæret nobis regeneratis Rom. 7. 20. redidit nos ad malum proclives, ad bonum tardos & impotentes, ibid. 19. inquinat omnia, quæ tandem edimus bona opera, Es. 6. 4. 10. & adfert nobis mortem. Rom. 7. 11. & 13. E. est mala & proinde peccatum.

L XII. Tertia: Quod à scriptura propriè dicitur peccatum, id tale esse dubium non est. At concupiscentia in renitis reliqua à scriptura propriè appellatur peccatum: idq; ut præstantissimus & clariss. Theol. D. Kemnitius observavit, & in examine Tridentini concilij annotavit, Rom. 6. ad minimum quinques Rom. 7. ad minimum sexies, Rom. 8. ter, & Psal. 32. dicitur peccatum sanctorum. E. verè peccatum est.

L XIII. Quod autem pontificij contra minorem excipiunt, concupiscentiam dici non propriè, sed figuratè peccatum: quia est à peccato, & inclinat ad peccatum: isti Sophisticæ elusioni reponimus canonem omnino Cœcæ pervertere conanti genuinum dictorum scripturæ sensum opponendum: nempe contra τὸ πνεύμα non esse θεοφοραν admittendam, nisi vel ἀναλογία fidei vel ἀνάλογος b. e. scopus & cohærentia loci nos cogant. Horum neutrum cum in his locis omnibus dari queat, τὸ πνεύμα merito sequimur, & concludimus propriè ibi peccatum dici, et si alias, quia à peccato est & ad peccatum incitat, uti est, ita causa & pena peccati queat appellari: id quod August. l. 5.c.3. contra Julianum Felagianum eleganter his verbis explicat: Si ut cœcitas cordis, quam solus removet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur: & pena peccati, qua cor superbium digna animadversione punitur: & cœci peccati, cum mali aliquid cœci cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, adversus quem bonus concupiscit Spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis; & pena pecca-

peccati est, quia redditum est meritis inobedientis: & causa peccati est, de-  
fessione consentientis, vel contagione nascentis.

LXIII. Nam si quis infelix ac roget, quid igitur Baptismus profuerit,  
si nec planè sublatum est in nobis peccatum, nec planè restituta justitia:  
tribus verbis rem totam expedire licebit. Primo enim à peccatore reatus  
est oblatus, siquidem nihil est damnationis in his, qui sunt in Christo Iesu  
Roman. 8. 1. Deinde peccato vires sunt ademptæ, ut dominari nobis am-  
plius nequeat: quotquos enim baptizati sumui in Christum Iesum, in  
mortem eius baptizati sumus: sepulti igitur sumus cum eo baptismum in  
mortem: illud scientes veterem illum nostrum hominem cum eo cru-  
cifixum esse, ut aboleatur corpus peccati. Roman. 6. v. 34. 6. Denique  
vite novæ & purioris instituenda gratia data est, Ibid. v. 4. 11.  
qua sit, ut condelectemur lege Dei, secundum interiorem hominem  
Roman. 7. 22. licet languidius & imperfectius, quoniam illud originale  
malum nobis adhuc adjacet, imo habitat in nobis, ut quod velimus  
bonum perficere non possumus, Ibid. v. 17. & 21. Sed hac abrum-  
pimus, ne nimium prolixii videamur; quæ verò uberiorius de hoc capi-  
ze tractavimus, eas direxitius partim ad planiorem & facilioriem hujus  
controversie de originali peccato rationem, quæ intricata & difficile  
est, reddendam, partim ut cognita atrocitate huius mali originalis  
in nobis omnibus hærentis, quanto minus de nostra, quam somniant  
pontificij in hac vita, perfectione sperare possumus, tanto magis ad Chri-  
stum liberatorem & servatorem nostrum aspiremus, in eoz une sperantes  
acquiescamus.

LXV. Tertia & ultima in doctrina de peccato originali controversia  
est de malis idipsum consequentibus. Eorum alia cum patientur homines,  
ut ait Bellarm. lib. 6. c. 7 si infantia, peccato nondum remisso ( b. e. non  
baptizati) forte raptantur; alia tolerare cogantur, Si diutius hanc vitam  
ducant, sive peccatum dimissum fuerit ( per baptismum ) sive non: due  
questiones hic oriuntur: Prior est, quæ sit infantium sine baptismio  
decedentium ex reatu peccati originis poena? Hanc explicat Bel-  
larm. primum enumerando quinque sententias disrepantes, quarum 1a est  
Zwinglij, Calvini, qui fidelium liberis etiam non baptizatis regnum celo-  
rum promittunt: 2a. pelagianorum, pigbij & Catharini, qui eosdem à re-  
gno celorum excludunt, tamen naturæ beatitudine sine ullæ molestia &  
labore extra regnum beatorum & carcere damnatorum beatos fore con-  
tendent. 3. Thomæ & querundam scholasticorum, qui eos pœna domini b. e.

azentia visionis Dei, sine pena sensus sive doloris externi & interni affi-  
ciendos dicunt. 4<sup>a</sup>. Petri Lombardi, qui aliqua pena sensus h. e. doloris  
interni ob amissam beatitudinem cruciandos statuit, non tamen omni:  
siquidem ab interiore vermis cruciatu & ab externo ignis liberi sint futuri.  
5<sup>a</sup>. Gregorij Arimini, Ioun. Driedonis & Lutheranorum, qui eos  
utroq; pena genere, & damni & sensus, in gehenna perpetuo afficien-  
dos, statuunt. Deinde, quam ipse harum opinionum prober, exponit, ni-  
mirum quartam, quæ est Lombardi, & cœteras refutat: licet de ulti-  
ma dicat c. 4. Eam non aperte ab Ecclesia catholica damnatam vi-  
deri: reijce tamen pañim in scholis & sibi etiam improbabilem vide-  
ri. quo quidem ipso Catholicæ fidei certitudinem, suæque sectæ  
cum Ecclesia Catholica consensum, quem tantopere prædicant, o-  
stendit.

L X V I . Nos autem et si hujus questionis pleniorem explicationem in  
doctrinam de Baptismi necessitate differamus, tamen quia falsa af-  
fertio nobis tribuitur, veram confessionem attingere cogimur, præsertim  
cum falso nobis imputatæ opinionis falsioresq; adserat adversa-  
rius probationes. Sententia autem nostrarum Ecclesiarum de hac questione  
est hæc: Infantes Christianorum qui vel in partu, vel dum ad baptis-  
mum gestantur, exspirant, atq; ita baptismō, nullo sacramenti con-  
temptu, sed casu inopinato præventi carent, nihilominus aeternam sa-  
lutem consequi. Probationes hujus assertient & fidei nostræ gravissima  
alio loco exponentur: quas autem Jesuita singit illius durioris op-  
positionis, quam falso nobis tribuit, eas nequaquam agnoscimus. Pri-  
mo enim quod putat idcirco à nobis infantes non baptizatos dam-  
nationi aeternæ & gehennæ addictos statui, quoniam non modo  
originali sed etiam actualibus peccatis sint polluti: squidem utrumq;  
vos pro uno & eodem habeamus: injuriam nobis atrocem facit, qui nos  
confusionis illius insimulat, à qua sumus immunes & alieni, id quod ex  
superioribus liquet. Deinde quod ex vero D. Heshusij judicio &  
condemnatione mitioris pontificiorum opinionis de infantibus non baptiza-  
tis pena damni, non sensus afficiendis colligit, illam duriorem esse nostram  
ἀλογον remoto uno disparatorum alterum esse ponendum concludit.

L X V I I . Altera questio est: Quænam sint mala, h. e. poenæ &  
calamitates, quas adultiores, præsertim si ad usum rationis per-  
veniant, ob reatum peccati originalis in hac vita patientur?

In hu-

In hujus explicatione primū Iesuita instituit enumerationē malorum huius vita internorum, anima tam insuperiori quam in parte inferiori, & corporis, deniq; ejam externorum. de qua recensione, sit ne plena & sufficiens, annon, in præsentia non disputahimus: tantum repetimus, quod illorum aliqua ad naturam & conditionem ipsius peccati originalis ejam pertinentia ab eodem removet, atq; ita minus, quam ipsa complectitur, ei tribuit. Deinde contra Pelagianos has miseras, in primis vero concupiscentiam verè malam esse & ex peccati merito, non ex conditione materie oriri probat. in quibus quam sibi consentientia dicat, recordanti superiora dubium esse nequit. Illis addimus quedam ex libro 6. c. 5. de statu peccati; quibus ostendit, quomodo & quo respectu afflictiones hujus vita nobis infligi putet: nimurum non propriè & directè in pœnum originalis peccati, sed quia consequuntur naturam humanam originali justitia foliatam. Nam alioquin(ait) similia passi fuissent homines, si in puris naturalibus conditi fuissent, quemadmodum similia patiuntur animalia rationis expertia, non aliqua sua culpa, sed ex conditione naturæ. Hactenus Bellarm: Ex cuius verbis manifestissimè depræhenditur, modo affirmari, mala illa ex conditione naturæ esse, modo idipsum negari: In quo ne contradictionis arguatur Sophista, illud de natura in puris naturalibus considerata, hoc de eadem, ut fuit supernaturali dono vestita, intellectum vult; de quo plasmate in Deum blasphemó, quia nos, alibi egimus copiosius, nihil hoc loco addimus. Deniq; que sit Lutheranorum de hac quæstione sententia exponit: ubi tres effectus peccati, de quibus inter nos & pontificios non convenit, recenset: 1. est amissio liberi arbitrij: hoc ipsi læsum, nos extinctum (in mere spiritualibus) dicimus. 2. tanta natura corruptio, ut (ex sententia nostra) non possit homo ejam justificatus non peccare: à qua assertione in tantum discrepant pontificij, ut statuunt hominem viribus naturæ per gratiam reparatæ & sanatæ Deo cooperante posse legem implere & vitam aeternam mereri. 3. est odisse Deum, fugere judicium Dei, dubitare de promissionibus, desperare de remissione peccatorum & sempiterna salute: qua Lutherani nunc ipsum originale peccatum, nunc eque fructus esse volunt (quo discrimine, dictum est supra, bethi so.) & ipse Bellarm: propensionem ad hæc peccata pertinere ad peccatum originale concedit: Sed ut ante vidimus, non quidem ad eius naturam & conditionem, sed tanquam illius consequens in quo fallitur. Ceterum quod eiumodi motu, nempe odisse Deum, fugere judicium Dei, pec-

seri originalis effectus, non nisi mediatis, nec in homine nisi interveniente voluntatis imperio existere affirmat: in eo ostendit, quantum de vera peccati natura cognitum habeat, & quo ipsum prava opinio ~~ad~~ <sup>ad</sup> in 8018, quod in definitione peccati necessarium arbitriatur, abripiat, de quo nos antea.

### III. DE PECCATO VENIALI & Mortali.

I. Actualium peccatorum alia esse graviora, alia leviora, dubium esse nemini potest, nisi stoicorum περιγράφω, quod paria statuit esse omnia, fascinatos habeat mentis oculos: Siquidem id evidenter ostendunt distincta peccatorum nomina, eorundem ταπειστάταις sive circumstantiis, denique quae ipsa comitantur & subsequuntur poene. Latini enim inter vitium & crimen, inter erratum & scelus. Graci inter ἡθημορφής παραγέλασιν, Hebrei inter קתנות נז ו עבד ex Iob. 13. 23. distinguunt solent. Deinde personis quae vel peccant, vel in quas peccatur, rebus circa quas, causis impellentibus, modo, loco, tempore, gravitatem & atrocitatem peccatorum augeri minuive notissimum est. majus peccatum est & habetur, quod in eodem genere adultior & intelligens committitur, quam quod minus adultus & imperitus: atrocius, quod in Deum parentes, quam quod in alios homines committitur; gravius quod laedit animum & corpus, quam quod externa bona. Denique idem ostendunt penarum differentiae quarum in inferno alias tolerabiles fore praedixit Christus Matt. 11. 22. & 24. & in hac vita nec politica judicia nec censurae Ecclesiasticae eodem rigore & severitate in quibusvis erratis & delictis utuntur.

II. Hoc igitur extra controversiam posito queritur, An inter ea omnia, quae leviora censi possunt & debent, aliqua sint natura sua venialia. quae hominem mortis æternæ reum non reddant, sed tantum indignum efficiant Dei amicitia, & poenis temporaliibus paternisque castigationibus subiiciant? Nos negamus, affirmant pontificy.

III. Affirmativam adversariorum opinionem ut ex eorum mente, quam possit

potest fieri rectissimè, intelligim, primum definitionem venialium peccatorum, deinde partitiones eorumdem cognitas haberi necesse erit. Venialia peccata esse dicunt, quæ nonnihil impediunt cursum ad Deum, non tamen ab eo avertunt, & facili negocio expiantur.

IV. Partitionem horum trimembrem tradunt: aliud enim esse ajunt venialia à causa, quæ ex ignorantia vel ex infirmitate committuntur: alia ab eventu, quæ per pénitentiam expiantur: alia deniq; ex natura & ratione peccati, quæ non sunt contraria caritati Dei, & proximi, quæq; propriè & absolute mortalibus opponuntur. De peccatis venialibus primis secundi generis nulla est controversia: tantum de tertio: quod dividunt in duas species: alia enim dicuntur venialia ex genere suo, quæ habent pro objecto rem malam & inordinatam, sed quæ caritati Dei vel proximi non repugnet, quale est verbum otiosum, risus immodicus: alia ob imperfectiōnem operis veniali efficiuntur, quia videlicet sola imperfectio operis facit, ut cum caritate pugnare non judicentur. Hæc rursus in duo membra secari solent, ut ait Bellarm: alia enim dicuntur venialia ex subreptione, quæ non sunt perfectè voluntaria, quales sunt subiti motus cupiditatis, iræ, inadvertie & alij similes: alia ex parvitate materie, quæ in re parva & levi committuntur, quale esset furtum unius oboli, quod neq; proximum notabiliter lœdit, neq; ejusmodi est, ut apud eum quos homines amicitiam tollere queat. His omnibus, quæ sub complexu peccatorum ex natura sua venialium continentur, iram Dei & æternæ mortis reatum nos non incurere adversarij affirmant: id quod nos negamus.

V. Negativæ nostræ assertionis sententia ne aliter, quam à nobis pronitur, a quoquam accipiatur, sciendum est, peccatum, quod veniale dicitur, considerari dupliciter: primum in se & natura sua, nimirum secundum legem: deinde in eo quod illi accidit, nempe gratia Dei per Christum nobis parta & in Euangelio promissa. Ad Euangelij gratiam, quæ omnibus pénitentibus & in Christum credentibus veniam promittit, & licet eorum peccata sint ut coccinum rubra, tamen albiora quam nix est, fore pollicetur; in hac questione cum pontificijs controversia non respicimus: Ad legem cum respectum fieri dicimus, non temporariam aliquam & humanam h. e. civilem vel ecclesiasticam intelligimus, quarum respectu quædam peccata dicitur & haberi venialia, h. e. talia, in quæ publicè non animadvertisatur, concedimus: sed æternam & divinam, secundum cuius præscriptum, ullum peccatum natura sua

venia-

veniale, quod iram Dei & aeternas pœnas non mereatur, esse aut dicitur posse negamus: Idq, testimonij sacrarum literarum & rationibus certis confirmamus.

V I. Testimonia scripturarum sunt haec: Deut. 28. 36. Gal. 3. v. 10. Maledictus uinis qui non permanerit in omnibus, quæ scriptæ sunt in libro legis, nec eadem opere perficit. Ezech. 18. v. 4. Anima quæ peccaverit, ipse morietur. Roman. 6. 23. stipendum peccati mors. Jacob. 2. v. 10. Qui totam legem servaverit, offenderit autem in uno, factus est omnium reu.

V II. Rationes dari possunt, cum aliae, tum haec, quas in medium deferimus: Prima: Quicquid damnat & execratur etiam minima peccata, illud nullum veniale, h. e. sua natura damnationis expers esse ostendit. Lex damnat & execratur omnia etiam minima peccata, ut allegatae scriptura loca evincunt. E. nullum sua natura veniale esse ostendit.

V III. Secunda: Quod longè majorem in nobis, quam ab homine ullo in hac corruptione praestari potest, perfectionem sub-comminatione iræ Dei & aeternarum pœnarum requirit, illud ulli imperfectione veniam nequaquam pollicetur. At lex id facit. E. ulli imperfectioni sive peccato veniam non pollicetur, & proinde sua natura, quæ ex lege tantum innoscit, nullum est veniale.

I X. Tertia: Si ullum sua natura veniale peccatum esset, id in lege describeretur tale, ut illi expiendo panis temporalibus & paternis castigationibus (quod volunt adversarij) satis fieri posset, mediator & salvator noster nec ab omni peccato nos redemisset & purgasset, nec toti legi satisfecisset. At ille nos ab omni peccato redemit & purgavit. Tit. 2. 14. 1. Job. 1. 7. & toti legi pro nobis satis fecit, Mat. 5. 17. Ergo nullam sua natura est veniale peccatum.

X. Proxima superiori questio est: An atrocibus delictis, quæ mortalia dici consueverunt, tantum venia pollicetur Evangelium, ut si illis electi & sancti se polluant, gratiam & favorem Dei, fidem & Spiritum S. penitus non excutiant & amittant? Calviniani affirmant, nos negamus.

XI. Electos & sanctos cum nominamus, eos non intelligimus, qui donum regenerationis acceperunt, ad tempus credunt & postea deficiunt & perirent: sed qui, qua fide sunt donati, eam aut prorsus non abiciunt, aut ad

CAN-

eandem ante finem vite se revocari patiuntur, & postmodum in ea pio decedunt. Atrocia delicta & mortalia peccata in Deum aut homines contra conscientiam commissi, quæ vocemus, notius est quam ut prolixia explicacione egeat. His quando gratiam & favorem Dei, fidem & Spiritum Sanctum penitus excusi affirmamus, non finalem eorum & eternam amissionem intelligimus (alioqui verè electos perire posse contra scripturam diceremus) sed temporariam privationem & expulsionem asserimus.

XII. Assertioni nostræ fundamenta suggestur testimonia & exempla scriptura: Testimonia scriptura sunt hæc: Psal. 51. 13. Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum tuum sanctum ne auferas à me, Ezech. 18. 24. 25. An delectando delector morte improbi? dicit Dominus: annon ut revertatur à vijs suis & vivat? sed cum avertens se justus à justitia sua facit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas fecerit improbis, facit, biocene vivet? Rom. 8. 13. 14. Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. nam si secundum carnem vixeritis, futurum ut moriamini: sed si Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis. Gal. 5. 19. 20. Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt adulterium, scortatio, impuritas, protervia, idolatria, veneficium, inimicitiae, lites & his similia; quæ prædico vobis, sicut & prædicti, eos qui talia agunt, regni Dei non fore heredes Eph. 5. 5. 6. Hoc scitote, quod quisquis est scortator, aut impurus, aut avarus, aut cultor simulachrorum, non est ei hereditas in regno Christi & Dei. Ne quisquam decipiatur vos sermonibus inanibus: propter hæc enim venuit ira Dei in homines contumaces. Col. 3. 5. 6. Mortificate membra vestra terrestria, scortationem, impunitatem, molitatem, cupiditatem malam, & avaritiam quæ est idolatria: ob quæ venit ira Dei super homines contumaces.

XIII. Exempla in historia sacra & biblia occurunt hæc: Adami & Evæ, qui verè electi & gravissimo suo peccato iram Dei & eternas penas meruerant, favoremq; Dei, fidem & Spiritum S. excusent. Aaronis, cui ita iratus fuerat Deus, ut eum voluerit exscindere, Davidis adulteri & homicidae, Petri Christum abnegantis, Thome increduli, &c. qui omnes suis enormibus peccatis Dei gratiā exciderunt, & fidem atq; fiduciam de propitio Deo ad tempus amiserunt.

XIV. Postremò de peccato in Spiritum sanctum, quod mortale ngl̄t εἴποντες dicuntur 1. Ioh. 5. 16. aliquid addere nec inconveniens nec iniuriale foret

le foret. nam & de ejus definitione vera, & Cur præ ceteris omnibus quantumvis atrocibus, irremissibile sit & dicatur. discrepantes sunt non modò veterum, sed etiam recentiorum opiniones & sententiaz. verum quoniam superiora præter spem & propositum nostrum excurserunt longius, nec pau-  
cu illa questio queat absolvri, tractatione illi omissa finem hic facimus  
& concludimus.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ Ο ΜΕΓΑΣ ΕΝ ΟΜΙΛΙΑ, ΟΤΙ  
σὸν ἔστιν αὐτῷ πρῶτη κακῶν ὁ Θεός.

**I. Q. Vnde Diabolus.** Πάτερ ὁ Διάβολος, εἰ μὴ παρὰ τὸν θεόν τὰ κακά; τὰ οὐντικά;  
Πότερον ὁ αὐτὸς ἡμῖν δηκέσος καὶ τῷ Στυγείωτος τάπτε λέγος ὁ κακός  
ταῦτα ἐν τῇς ἐν ἀνθρώποις πονηρίαις διποδοτείς. πάτερ γὰρ πνηγεὸς ὁ ἀν-  
θρώπος; ἐκ τῆς οἰκείας αὐτῷ παρερέστεως. πάτερ κακός ὁ Διάβο-  
λος; ἐκ τοῦ αὐτῆς αἵ πάτερ, αὐτοῦ αἱρετον ἔχων καὶ αὐτὸς τίνι ζῶντι  
Ἐπειδὴ αὐτῷ κακούμην τίνι ἔξισται, η παρερμήνειν τῷ θεῷ, η ἀκοτελω-  
δῆναι τοῦ ἀγαθοῦ. γινθεὶται ἄγγελος, η παρερέστεων ἐνώπιον τοῦ θεοῦ  
διηνεκῶς: ο σατανᾶς ἄγγελος, η ἔξεπτος τῆς οἰκείας ταξιδεώς παν-  
τελῶς: κακένον η περαιρεσίς ἐφύλαξεν ἐν τοῖς ἄνω, καὶ τῷ τοῦ κα-  
τέρριψε τὸ γνώμην τὸ αὐτεξόστον. ἐδώλατο γὰρ οὐκεῖνος ἀποστῆ-  
σιμ, καὶ ἐτούτοις μὴ σκεπεῖν: ἀλλὰ τὸ μὴ διεσώσατο τῆς ἀγάπης  
τοῦ θεοῦ τὸ ακόρεστον, τὸν δὲ δοτούλητον εδειξεν οὐ καὶ τοῦ θεοῦ αναχώρη-  
σις. τῷ τοῦτον τῷ κακούν, η τοῦ θεοῦ ἀλλοτρίωσις. μικροφανεροφορίη ὁ φ-  
δαλμός, η μετεπήλιτις ἡμᾶς ἔνια ποιεῖ, η μετεπητῆς σπιάς τοῦ σώματος  
ημῶν: πάκει μὴ ἀγαθεύφαντι ἐπιμονον τῷ φωτισμῷ, διπο-  
νέουσιν τὴν ποιεῖσθαι τῶν σπιάων, ἀναγκαῖα η σκότωσις. ἔτω πνηγεὸς ὁ  
Διάβολος, οὐ πειραρέσσεως ἔχων τίνι πνηγεῖαν, σφύσις ἀντι-  
κειμήν τῷ ἀγαθῷ. Πάτερ οὐντικός πειραρέσσεως ὑμᾶς πτέρεμος; οὐ ποδοχεῖον  
αὐτοῦ πάτης κακίας, ἐδέξατο καὶ τὸ Φέρον τίνι νόσον καὶ ἐβάσπιγνεν η-  
μῖν τοῦ πατέρος. σφύσις ἡνεγκεν ἡμῶν τίνι ἀλυπον ζῶντι τῷ παρε-  
δείσω, δόλεις ἢ καὶ μηχαναῖς ἔξαπατήσας τὸν ἀνθρώπον, η τίνι ἐπι-  
τυμίαιοις αὐτῷ, ἢν ἔχει ποιεῖσθαι τὸ ὅμοιοιαντα τῷ θεῷ, ταῦτη ποιεῖσθαι τίνι α-  
πατέων διπορχητούμενος ἐδειξε τὸ ξύλον, καὶ ἐπηγγείλα-  
το Διάβολος αὐτῷ, ὅμοιον τῷ θεῷ  
κατεπεισθείσῃ.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77190715X/phys\\_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77190715X/phys_0041)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77190715X/phys\\_0042](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77190715X/phys_0042)



XLV. Secunda: Omne malum naturæ nostræ, quod nondum, est peccatum originale. Concupiscentia illa, de qua d' naturæ nostræ incitans nos ad peccandum. E. est peccatum prior pars à Bell.lib.6:cap.14 argumentis decem prob. ab eodem l. 8.c. 10, 12. & alibi sèpius asseritur. quis bellatum non putaret? verū adversarius fronte pacem mente bellum redintegrat, dum malum illud non nisi in propriè peccatum dici & in solis inferioribus hætere contra fecit constantia quanta veritate. nam quod nunc hætere contendit, illud vel ejus simile ( ita enim ad te loqui forte maluit) in superiori parte inveniri, antea partim experientia, partim à testimonio Apostoli Gal. vero eam concupiscentiam ad malum per se pronam & tem atq; idcirco legi contrariam impropriè peccatum quantum sibi de veritatis luce in hac doctrina affulserit pria natura peccati cognitum habeat, ostendit.

XLVI. Tertia: Si concupiscentia peccatum est primum, multo magis erit & dicetur ante eum. Sed & proclivitas nostra ad malum, quæ vulgo concupiscentia dicitur peccatum post baptismum: ut paulò post probabilius XLVII. Atq; hac pro confirmanda nostra sententia vero ad novam questionem explicandam transcamus demur facturi, si Bellarmini cavillationes quasdam, quæ orthodoxæ Ecclesie doctrinam deformare nititur, attinet. Quod enim pravas inclinationes & concupiscentiam præbus excitantem visum fuit & veteribus & recentibus apollæ & habitus naturæ viciosos; id hæretica pravitatis in hac doctrina numerare & referre placuit: quod du siendo à veritate & in judicando ab æquitate abesse ita loquuntur, istis vocibus accidentia, quæ substantiae inessent, eamq; comitarentur, intelligerent; causaroris & hæreseos turpisimæ arguerentur. At vero ipsi faciant, ut adversarium naturæ integræ in puris naturæ pravas inclinationes & primitatem ad malum tribuant. Ipsí vero suis illis terminis & vocibus nihil aliud denotant, malum quod despoliationem naturæ, ejusq; virium est non est ex earum privationum genere, quæ tantum

